

ximam insuper confusionem ex frequen-
ti mutatione Edictorum Prætoriorum
ortam esse, & quod interpretationem E-
dictorum Prætoriorum valde impedi-
at, quod Chronologiam actionum à Præto-
ribus inventarum non habeamus.

21. Uti & illud inter desiderata juris-
prudentiæ referendum est, quod distin-
ctio officii Prætorii ab officio judicis Pe-
danei juri novo Justiniano incognita, &
defectus accuratæ descriptionis Proces-
sus antiqui judiciarii Romani, difficilem
reddat intellectum jurisprudentiæ Ro-
manæ.

22. Eodem tempore, quo Prætor cre-
atus fuit, etiam Ædiles Curules simili ple-
bis deceptione in odium ejus constituti
sunt, quorum primitus cura in suspectio-
ne ludorum publicorum consistebat, po-
stea illo prætextu facile aucta fuit, ut &
viarum & venditionum publicarum cu-
ram gererent, atque eo nomine Edicta
proponerent, quæ similiter vim legis
habuerunt, etsi per ea non semper utili-
tatem publicam, sed magis, ut plebs mul-
tis litibus involveretur, intenderint.

23. Referuntur quidem communiter
Seta inter augmenta Legis XII Tabula-